ſe plebiſ non mediocreſ factoſ eſſe proceſſuſ quia dum crederent Io-
hanni crederent Chriſto. Non enim de ſe ſed de domino praedicabat praenuntius
Chriſti et ideo praeibit in conſpectu domini in ſpiritu et uirtute heliae. Be-
ne iunxit numquam enim ſine uirtute ſpiritus nec ſine ſpiritu uir-
tuſ eſt. Et ideo fortaſſe in ſpiritu et uirtute heliae quia ſanctuſ heliaſ et
uirtutem magnam habuit et gratiam uirtutem ut ad fidem ani-
moſ populorum a perfidia retorqueret uirtutem abſtinentiae atque
patientiae et ſpiritum prophetandi. In deſerto heliaſ in deſerto iohanneſ.
Ille corviſ paſcebatur hic dum diueſ eſſet calcata omni uolupta-
tiſ illecebra parſimoniam praetulit luxuriamque contempſit. Ille achab
regiſ gratiam non quaeſiuit hic ſpreuit herodiſ. Ille iordanem di-
uiſit hic ad lauacrum ſalutare conuertit. Hic cum domino uerſatur
in terriſ ille apparet cum domino in gloria. Hic prioriſ ille ſequen-
tiſ dominici praecurſor aduentuſ. Ille per triennium pluuiiſ ter-
ram rigauit et hic per triennium areſcentem noſtri corporiſ humum
fidei imbre perfudit. Quaeriſ quid triennium ſit ecce in quo anni
treſ ſunt ex quo uenio quaerenſ fructum in ficulnea hac et non inue-
nio. Myſticuſ enim numeruſ debebatur ut ſaluſ populiſ redderetur.
Unuſ in patriarchiſ annuſ. Denique de hominibuſ tunc anni pueritiae
fuit qualiſ ferme non fuit poſtea ſuper terram. Aliuſ in moyſe et
prophetiſ ceteriſ tertiuſ in domini ſaluatoriſ aduentu. Ecce in quo annum
domini acceptum et diem retributioniſ. Et ille paterfamiliaſ qui plan-
tauit uineam non ſemel exactoreſ fructuum ſed ſaepiuſ deſtinauit pri-
mum ſeruuloſ ſecundo alioſ ſeruuloſ deſtinauit tertio autem fi-
lium ſuum miſit. Venit ergo iohanneſ in ſpiritu et uirtute heliae. Alterum
enim ſine altero non poteſt eſſe ſicut in ſequentibuſ reperietur cum dicitur
Spirituſ ſanctuſ ſuperueniet in te et uirtuſ altiſſimi obumbrabit te.
Sed fortaſſe hoc ſuper noſ et ſuper apoſtoloſ uideatur exemplum. Nam
et ille ſub helia diuiſo amne fluuialium recurſuſ undarum
in originem fluminiſ ſicut dicit ſcriptura iordaniſ conuerſuſ eſt re-

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. p.%2021 – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/en/sbe/0166/p.%2021)